Dos si ꝓmittitur marito:ex tpe dotis ꝓmisse bona tacite obligata sūt vxori.l.si mater.§.eādē.nu.3.de exce.rei iudi.fo.36.

Due vel plures actiōes rei persecutorie si alicui competunt,exactio facta ex vna altera tollitur.l.qui seruum.§.si is cui.nu.1. de act.ꝛ obli.fo.49.

Duo in solidū eiusdē rei dñi esse nō possunt:nec eiusdē heredis tatis duo heredes.l.si inter me.nu.3.de exce.rei iudi.fo.37.

Duo scholares si stāt in domo ꝛ vn⁹ alio inuito vult tertiū introducere an possit.l.hoc iterdictū.§.si alter.nu.1.quoꝛ leg.fo.3.

Duo si aquā ducūt diuersis tpibus alternatim,si mutāt horas vel tps non minus retinent seruitutem aque ducende.l.cum constet.§.inter duos.nu.1.de aqua quo.ꝛ esti.fo.23.

Duo dimidiati dies vnum diem vtilem faciunt.l.qꝛ tractatus nu.3.de diuer.ꝛ temp.prescri.fo.38.

Duos non posse insolidum possidere,qualiter intelligatur.l.in summa.nu.2.vti possi.fo.19.

Duo viā arctam simul intrantes:ita ꝙ ambo plaustra transire non pōt,locus est gratificationi vel sorti,nisi alter eorum in culpa fuerit ille enim retrogredi tenetur.l. prætor ait.§. hoc interdictum.i.nu.5.ne quid in lo.vel iti.pub.fo.6.

**Ecclesia.** Aduersarius potētior appellatur.l. rem de qua.nu.2.de litigiosis.fo.46.

Edictū de soluēdo datiū ꝛ collectam ita ligat ꝓiores ꝛ magistratꝰ ciuitatis sicut alios.l.ediles.nu.1. de edil.cur.f.9.

Edicta ꝛ iterdicta ꝓtoꝛ recipiūt iterpretationē extēsiuā.l. ꝓtor. nu.3.de ripa muni.fo.11.

Edificiū in flumine aut ripa factū si stationē aut nauigationem deteriorem reddit:nullo modo permittitur.l.prætor.nu.1. de ripa munienda.fo.11.

Edificare vi non dz ille qui post prohibitionem satisdare vult de opere demoliendo si iniuste edificatum appareat.l.prohibere.§.si quis paratus.nu.1.qō vi aut clam.fo.25.

Edificans magis dz aliū impedire ꝙ vti loco publico.l. ait prætor.§.hoc interdictum.i.nu.2.ne quid in lo.vel iti.pub.fol.6.

Edificare prohibitus in solo ꝓprio:controuersiā pati dicitur. l.si duo.§.hoc interdictum.nu.1.vti possi.fo.18.

Edificare vi aut clam quis dicatur.l.prætor ait.§. quid sit. nu.1. qō vi aut clam.fo.25.

Edificium qī stat in aere super solo considerato ꝙ solum debet esse liberum vsq; ad celum:quicquid fit aere impediēs dictā libertatem intelligitur factum in fo:o.l.si opus.§.in opere. nu.1.qō vi aut clam.fo.28.

Edificiū quod vi aut clam in solo meo quis edificauit: ꝓpria autoritate,si copiam iudicis non habeo:tollere possum.l. si opus.§.si ad ianuam.nu.1.quod vi aut clam.fo.28.

Edificans clā tenetur ei ad quem ea res pertinet,licet non habuerit animum celandi aduersum eum, sed alium.l. aut qui aliter.§.si quis dum.nu.1.quod vi aut clam.fo.26.

Edificanti in loco publico non interdicit per illum qui in loco publico sib⁹ edificauit iniuste, licet suo edificio noceat:secus si iuste edificasset.De hoc decidit duo dubia.l.ꝓtor ait.§.idē ait.nu.1.ꝛ.2.ne quid in lo.vel iti.pub.fiat.fo.7.

Edificās in solo alieno dño sciente,si habet ab eo titulū licet inutilem:sumptus recuperat si a possessione cadat ꝛ ad dñm possessio reuertatur doli replicatione ꝓpōsita.l.pure mihi.§. si donauī.nu.1.de doli mali ꝛ me.exce.fo.43.

Edificare nemini licet vi aut clam in solo ab alio possesso:etiā si suum esse prætendat.l.prætor ait.§.hoc interdictum. nu.1. qō vi aut clam.fo.26.

Edificium faciens in solo dñi a quo causam non hz:sumptus repetit per doli exceptionem:ad ipsos aūt exequendos non agit.l.paulus.nu.1.de doli mali ꝛ me.exce.fo.44.

Edificans in publico an possit facere nomen suū insculpi.l. prætor ait.nu.1.ne quid in lo.vel iti.pub.fiat.fo.6.

Edificium si obstat vsui publico:de facto deponi debet:non ex interdicto.l.prætor ait.§.si quis a nemine.nu.1.ne quid in loco pub.folio.7.

Edificans contra edictum prætoris:edificium tollere cogitur.l. sicut is.nu.1.ne quid in lo.pub.fo.8.

Edificari in publico cum iniuria alicuius permitti non debet. Et quis iniuriam pati dicatur.l.prætor ait.§.merito.nu.1.ne quid in lo.vel iti.pub.fiat.fo.6.

Edificantem in mari aut littore nemo prohibere potest:nisi damnum ex edificio sibi inferri timeat.l.littora.§.maris.nu.2.ne quid in lo.pub.fo.8.

Editionem instrumenti petenti non dz edi totum sz quatenus sua interest exhiberi.l.de tabulis.nu.3.de tab. exhi.fo.6.

Edium appellatione oē edificium continet.Appellatione vero domus continetur solum edificium ex tecto,fundamento: ꝛ pariete constans.l.prætor ait.nu.1.de cloacis.fo.24.

**Effectus.** finie late prouēdito:e trāsit in emptorē.l.si a te.§.iulianus.nu.1.de excep.rei iu.fo.35.

**Electus** ad prelaturam qui renunciauit potest adhuc acceptare electoribus in eadem volūtate manentibus.l.hoc interdictum.§.qō ait.nu.1.quo,leg.fo.3.

Electio facta per capitulū licet interfuerint aliqui qui non debuerunt interesse tñ electio non vitiatur.l.ait prætor.§. item queritur.nu.3.de aqua quo.ꝛ esti.fo.22.

**Emens** acetum ꝓ vino,an emptio teneat.l.in oībus §.nu.2.de actio.ꝛ obli.fo.52.

Emptori domus si superficies euincitur:subuenitur ei ꝙ actionem ex stipulatu vel ex empto:si vero conduxit⁹ subuenitur sibi per actionem ex conducto:vel ex stipulatu: si stipulatio interc essit.l.ait prætor.§.si soli.nu.1.de superfi.fo.19.

Emptor statuliberi si fuit stipulatus de dupla:eo in libertatem euicto agere potest.l.palam autem.§. item queritur ,ff. nu.1. de doli mali ꝛ me excep.fo.40.

Emptor cui ꝙ venditionē fuit tradita possessio ꝛ per cōsequens absolutus ꝛ liberat⁹ fuit ab obligatiōe qua vēditor ipse erat astrictus ad tradēdū si cadit a possessiōe nō dz ꝫ venditorē habere recursum.l.iterdictorū.§.hec aūt.nu.1. de interdi.f.2.

Emphyteotica res vendi non pōt:sed bene donari.l.ait prætor. §.quod aūt.ff.nu.3.de superficiebus.fo.19.

**Error** in negocijs cōtrahēdis interueniens ipe ditoi spositionem.l.in omnibus.ff.nu.1.de ac.ꝛ ob.fo.52.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Error iustus ⁊ sufficiens advsucapionē incipiendā seu inducendam ⁊ perficiendā.l.ait pretor.nu.2.⁊.4.quorum bono.fo.2.
Errorē corrigere an possit notarius qui in plus vel minus scribendo errauit,⁊ an assertioni sue stabitur:⁊ an teneatur parti ad damnum,⁊ per quot testes talis error probari debeat. l.de tabulis.nu.4.de tab.exhi.fo.6.
**Esse** aliquid tale a principio vel ex postfacto redire ad tale,paria sunt.l.palam aūt.Ꝑ.circa.nu.2.dedoli mali ⁊ metus excep.fo.40.
Esse tale a principio vel ex postfacto de necessitate reduci ad tale paria sunt.l.pretor ait.Ꝑ,deinde.n.2.ne qd in loco pub.f.7.
Estas qñ incipiat ⁊ quando finiatur.l.ait pretor.Ꝑ. estatem. nu. 1.de aqua quoti.⁊ esti.fo.22.
**Examinatio** testium facta ad eternā rei memoriamcontravenditorem nocet emptori postea causam ab eo habenti.l.si mater.Ꝑ. item si rem, nu.3.de excep.rei iud.fo.33.
Ex vulnere vt fideiussor promittens tenetur si ex eo mors postea sequatur.l.diuersum.nu.2.quorum lega.fo.4.
Ex dolo procuratoris in rem suam constituti excipi pōt contra dñum siue dolus commissus sit ante lit.cōtest.siue post. Et quid si est procurator simplex.l.apud celsum.Ꝑ. quesitū. nu. 1.de doli mali ⁊ met.excep.fo.42.
Exceptio rei non tradite est peremptoria .l.filiusfamilias.nu.2. de excep.fo.33.
Exceptio peremptoria ante litem contestatam opponi potest. l.exceptiones.nu.1.de exce.fo.32.
Exceptio(tua nō interest exhibitionē tabularū testamēti fieri) pōt obstci agenti interdicto de tabulis exhibēdis:⁊ repellit continue agentem ex cā interesse etiam si superueniat iudicio pendente.l.de tabulis.nu.2.de tab.exhi.fo.6.
Exceptio doli velut gñalis cum omni alia exceptione cōcurrit. l.qui equitate.nu.1.de doli mali ⁊ me.exce.fo.44.
Exceptio omnis equitate nititur.l.qui equitate.num.2.de doli mali ⁊ me.excep.fo.44.
Exceptio doli quare introducta sit.l.ꝙ dilucidius.Ꝑ. ideo autē. nu.1.de doli mali ⁊ me.excep.fo.40.
Exceptio dilatoria quando probanda sit.vsq; ad finem.l.exceptiones.nu.Ꝑ.de excep.fo.32.
Exceptio dolo facis admittitur contra heredem vbi heres vsurus est beneficio legis falcidie si cōstat.l.hoc interdictum .Ꝑ. rediguntur nu.2.quo.leg.fo.3.
Exceptio rei iudicate non solum prodest mere vincenti, sed illi qui interpretatiue reputatur idem.l.si mater.Ꝑ.si quis homi nem nu.1.de exce.rei iudi.fo.36.
Exceptio rei iudicate condemnato nō prodest.l. euidenter. nu. 1.de excep.rei iudi.fo.37.
Exceptio sñe condemnatorie non prodest reo condemnato.l.si a te.Ꝑ.si quis fundum.nu.1.de excep.rei iudi.fo.35.
Exceptionis virtus estimatur interdum ex persona proponentis,interdum ex persona eius cui obiicitur .l. qui cum herede.nu.2.de excep.rei iudi.fo.24.
Exceptio nō nu.pec.⁊ non nu.dotis sunt peremptorie: licet nō perpetue.l.exceptiones.nu.4.de excep.fo.32.
Exceptio excommunicationis an sit peremptoria:dilatoria:vel gnomala.l.excep.nu.3.de excep.fo.32.
Exceptione cōpetēti fideiussori ex persona rei:fideiussor etiam reo inuito vti pōt.l.oēs exceptiones.nu.1.de exce.fo.34.
Exceptionibus varijs qs simul vti pōt:⁊ vnā oppositā dimittere ⁊ ad aliā trāscurrere.l.is qui dicit.nu.1.de exce.fo.32.
Exceptiōe superueniente pendente iudicio ita reus vti pōt acsi a principio nata fuisset.l.agere.nu.Ꝑ.de exce.fo.32.
Exceptiones cohērētes plōie debitoris nō extēdunt ad alios secus si rei cohereant.l.exceptiones.ꝓ.nu.1.de excep.fo.32.
Exceptio rei nō tradite per venditorem:an obiici possit in sñe executione.l.filiusfamilias.nu.1.de excep.fo.33.
Exceptionē personalē ex persona rei fideiussor opponere non pōt sed bñ ex persona sua.l.exceptiones.ꝓ.nu.3.de exce.f.32.
Exceptio dñi:non habet locum in possessorio recuperāde.Qō fallit in pluribus casibus.vt habes.l.pretor .Ꝑ. hoc interdictum.nu.2.3.4.5.6.7.⁊.8.de vi ⁊ vi arma.fo.11.
Exceptio dñi agenti interdicto Quod vi aut clam non obstat. l.pretor ait.Ꝑ.hoc interdictum.nu.2.ꝙ vi aut clam.fo.25.
Exceptiodoli cum exceptione pacti cōcurrere pōt.l.palam aūt. Ꝑ.item queritur.nu.1.de doli mali ⁊ met,excep.fo.40.
Excipi non potest contra dñm de dolo procuratoris constituti ad iudicia:nisi dolus post litem contestatam fuisset commissus.l.si procurator.ꝓ.nu.1.de doli mali ⁊ met.exce.fo.43.
Exceptio onerande libertatis causa introducta: in rem'est non aūt persone inheret.l.iusiurādum.Ꝑ. exceptiones. nu.1. quare.act.non.fo.45.
Exceptio potest opponi ad tribunal sine scriptura.l.agere. nu. 2.de excep.fo.32.
Exceptio doli cū actione ex stipulatu concurrit.l.apud celsum. Ꝑ.labeo.⁊ si.nu.1.de doli mali ⁊ met.excep.fo.41.
Exceptio doli mali non solum dolum passo competit:sed etiaꝫ alīs conuentis in quorum perniciem dolus cōmissus non est.l.palam aūt.nu.1.de doli mali ⁊ met exce.fo.40.
Exceptio rei cohercs sicut obstat autori, ita obstat successori ex cā lucrativa vel onerosa. Et quid de exceptione coherente persone.l.apud celsum.Ꝑ.de autoris.nu,1.⁊.2.de doli mali et metus excep.fo.42.
Exceptio doli aduersus parentes aut patronos non obiicitur: sed solum exceptio in factum.l.apud celsum.Ꝑ.aduersus.nu. de doli mali ⁊ met.excep.fo.41.
Excipiens inepte succumbit,l.qui cum herede.nu.2.de actio.⁊ oblig.fo.48.
Excipiens generaliter nihil agit.l.agere. nu.4.de exceptionibus.fo.32.
Excipiens de permutatione non per hoc permutantem dñm confitetur.l.non vticꝫ.nu.1.de excep.fo.33.
Excommunicatio est pena spiritualis ⁊ medicinalis:non autē temporalis.l.obligationum fere.Ꝑ.conditio.nu.1.de actio. et oblig.fo.31.
Eximens aliquem de manibus familie tenetur ei qui'eum fecit capi pro eo quod in litem iurauerit.l.ait pretor.Ꝑ.hec verba. nu.3.ne vis fiat ei.fo.4.
Exheredatio facta etiā cum causa:exheredato non nocet rspto testamento postea per querelam.l.liberis.nu.1.de doli mali ⁊ met.excep.fo.44.
Exhortantes:rogantes:instigantes ⁊ suadentes alicui vt in seruitium alterius aliqd faciant:si damnificantur facientes ab eo in cuius seruitiū factum est:exhortantes agent cōtradamnificantem:⁊ exhortati contra exhortantes actione in factū. l.quesituum.nu.1.de precario.fo.29.
Expellens scō suum expulsorem ex internallo priuatur omni iure.suo.l.pretor.Ꝑ.qui autem.nu.1.de vi ⁊ vi arma.fo.13.
Expulsio facta per aliū si est proxima causa peruentionis ad tertium,agi potest contra tertium hoc interdicto nōtili sed directo.l.si vi me.nu.1.de vi ⁊ vi ar.fo.14.
Expromissor quis dicatur.l.iusiurandum.Ꝑ.exceptiones.nu.2. quarum rerum ac.non.da.fo.45.
Extincto principali:extinguitur ⁊ accessorium.l.qui seruum.Ꝑ. si tibi.nu.2.de act.⁊ obli.fo.30.
**Factum** in flumine publico si stationē aut iter facit deterius:⁊ si faciens tuen de ripe causa se fecisse dicat:non excusatur.l.ait pretor.Ꝑ.labeo scribit.nu.1.de flumi.fo.10.
Factum in cancello vinee non dicitur factum in vinea.l.nam ⁊ si ramos.nu.1.quod vi aut clam.fo.26.
Factum tertij quandoq; nos inuitos obligat.l.semper.nu.1.qō vi aut clam.fo.27.
Factum in ripa fluminis publici:non dicitur factū in flumine. l.ait pretor.Ꝑ.in publico.nu.2.de flumi.fo.10.
Factum in hostio nō dicitur factum in domo:nisi itra iura clausuram domus.l.pretor ait.Ꝑ.cloace.nu.2.de cloacis.fo.24.
Factum eiusdem hois in variatione tpis non reputatur idē factum.l.pretor.Ꝑ.ait pretor.nu.1.de vi ⁊ vi ar.fo.12.
Factum noie alicuius licet eo inuito:ad pattentiam saltem tenetur.l.si alius.nu.1.quod vi aut clam.fo.26.
Facultati eundi ad sanctum Jacobum nō prescribitur vllo tpe. l.viam publicam.nu.1.de via pub.vel iti.pub.refi.fo.9.
Familia si deīcit etiā sine mādato,⁊ dñs ratū habeat:ipse dñs deiecisse dr.l.idē est.Ꝑ.cū pcurator,nu.2.de vi ⁊ vi ar.fo.4.
Familia si furtum facit dicuntur plura delicta:⁊ si quo ad preiudicium domini fingatur solum vnum.l.pretor.Ꝑ.quoties.nu. 3.de vi ⁊ vi ar.fo.12.
Familie appellatione cōtinent etiam illi qui loco seruorum habentur.l.pretor.Ꝑ.familie.ꝓ.nu.1.de vi ⁊ vi ar.fo.12.
Familia si deīcit absq; mandato vel iussu dñi eius factum dñs prestare debet vt solnat qō ad eum pertinet:aut familiā dedat pro noxa:aut tñ prestet quantum si vnus liber homo fecisset.l.pretor.Ꝑ.quod igitur.nu.1.de vi ⁊ vi ar.fo.12.
Familie appellatione etiam vnicus seruitor continetur.l.pretor. Ꝑ.familie.i.nu.1.de vi ⁊ vi ar.fo.12.
Fauorabiliores sumus in liberando q̄ in obligādo.l. arria.nu. 1.de act.⁊ oblig. fo.32.
**Federici** Imperatoris extrauagās in qua statuit qō nullus iudex in die perēptoris edicti sniam ferret qr tota illa dies pro vocato ad iustitiā.l.si op°.Ꝑ.si is q. nu.3.qō vi aut clam.fo.28.
Fere dicto temperamentum philosophicus importat.l.obligationum fere.nu.1.de act.⁊ oblig.fo.31.
Fetorem reddentia nullus in viam publicam extendere aut locare potest ediles.nu.4.de edil.cur.fo.9.
**Fideiussor** debitoris mercis indiē,merce nō tradita,ad estimationem illius mercis tenetur.l.cum quis.nu.1.de act.⁊ oblig.fo.49.
Fideiussorem prestare debens si prestat fideiussorem ei presenti ⁊ recipienti siue procuratori recipienti noie eius implet contractum.l.hoc interdictum.Ꝑ.satisdatum. nu.2. quorum legatorum.fo.3.
Fideiussor de restituendo arce datus per castellanum arce postea crescente tenetur pro augmento.l.diuersum.nu.1.quorū legatorum.fo.4.
Fideiussor si efficiatur non soluendo periculum nominis pertinet ad creditorem ⁊ hoc quando debitor ex cōtractu fideiussorem dare promisit,⁊ obligatio de prestando fideiussorē est penitus dissoluta.l.hoc interdictum .Ꝑ. quod ait pretor.nu. 1.quo.leg.fo.3.
Filij suo noie actionem in factum habent.l.in factum.num.1.de act.⁊ oblig.fo.48.
Filio dum in potestate patris est non prestantur actiones contra ipsum.l.actiones.nu.1.de actionibus ⁊ obligationibus. folio.47.
Filiusfamilias nullam actionē suo noie habet.l. filiusfamilias. nu.1.de act.⁊ obli.fo.47.
Filius si de mādato patris manumittit:nō filius sed pater manumittit.l.pretor.Ꝑ.deieciſſe.nu.2.de vi ⁊ vi ar.fo.12.
Filius si ante patris mortem rem vendidit vt hereditariā,⁊ deinde patri succedit,⁊ sic post venditionem nouiter ex noua causa factus est dñs an contra actorem agete possit cū effectu.l.si mater.Ꝑ.eandē.nu.Ꝑ.de exce.rei iudi.fo.36.
Filius habens interdictum noie proprio,⁊ sic directum,si ante sententiam ⁊ exactionem factam ex ea pater decederet, hec actio non esset communicanda fratribus.l.is qui in puteum Ꝑ.labeo scribit.nu.2.qō viant clam.fo.27.
Filiusfamilias pubes ex omni causa obligatur vt potest:⁊ vt cum patre agi potest.l.filiusfamilias.nu.1.de actionibus.et obligationibus.fo.31.
Filius autoritate patris obligatur.l.filiusfamilias.nu.2. de actio.⁊ oblig.fo.31.
Filius institutus in re certa habet loco legatarij preterq̄ quo ad excludendum querelam.l.hoc interdictum.Ꝑ.si quis.nu. 3.quo leg.fo.3.
**Flumen** si publicum est:semper alueus publicus est: quantuncunq; ex vtraq; parte fluminis loca priuata consistant.l.ait pretor.Ꝑ.insula.nu.3.de flumi.f.9.
In flumine publico ⁊ eius ripa nihil immitti potest propter quod statio vel iter nauigū deterior fiat.l.ait pretor.nu.1. de flumi.fo.9.
Flumen potest esse pro parte priuatum ⁊ pro parte publicum.l l.ait pretor.Ꝑ.si fossa.nu.2.de flumi.fo.10.
Flumen priuatum non differt ab alijs locis priuatis.l.ait pretor,Ꝑ.hoc interdictum.nu.1.de flumi.fo.9.
Flumen perenne qō dicatur.l.ait pretor.Ꝑ.item fluminum. nu. 1.de flumi.fo.9.
Flumina que dicantur intrare nauigabilia.l.quo minus.nu.2. de flumi.fo.10.
Flumen qō dicatur publicum:⁊ quod priuatum.l.ait pretor.Ꝑ. flumen.nu.1.de flumi.fo.9.
Flumen si repente alueum suum mutat: intelligitur aliud esse flumē.l.hoc iure.Ꝑ.si aquam.nu.1.de aqua quotidiana.⁊ esti. folio.23.
**Fons** super via priuata licite fieri pōt ad muniēdum eā. si cōmode sine ponte muniri non pōt.l.inde etiaꝫ Ꝑ.apud labeonem.nu.1.de iti.actuq; priua.fo.21.
Forma probandi negatiuam,⁊ qñ negatiua sit probabilis,⁊ quando nō.l.ait pretor.Ꝑ.hoc interdicto.nu.4.de iti.actuq; priua.fo.20.
Formula vulgaris actionis quare dicatur vulgaris.l.nihil.nu. 3.de actio.⁊ oblig.fo.32.
**Fructuario** pro ipsa naturali cōpetit interdictum directū vti possidetis,pro ciuili autez vtile.l.si plures.Ꝑ.deiectum.nu.2.de vi ⁊ vi ar.fo.15.
Fructuarius consentiens proprietario vendenti fundum: ius vsusfructus sui remittere videtur.l.apud celsum.Ꝑ. quesitum, nu.1.de doli mali ⁊ me.excep.fo.41.
**Fundum** emphyteoticū tradēs an recuperat p cōditionē solū tantūmodo,an solū ⁊ superficiē.l. ait pretor.Ꝑ.si autem.nu.Ꝑ.de superficiebus.fo.19.
Fur:Innalor:⁊ Raptor an differant.l.pretor.Ꝑ. qui autem.nu. 3.de vi ⁊ vi arma.fo.13.
Furiosus nec stipulari nec promittere potest.l.obligationes.Ꝑ. furiosum.nu.1.de ac.⁊ ob.fo.46.
Ex flumine publico potest priuatus aquā ducere. Limitationem huius habes ibidem.l.quo minus.nu.1.de flumi.fo.10.
**Generalis** Doctrina super accessiōe possessionum dari nō pōt.l. de accessionibus.nu.1.de diuer.⁊ temp.prescrip.fo.39.
**Glans** vnius si ex arbore in fundum alterius ceciderit vsq; in triduum auctoritate propria eam legere licet. Et hoc etiā de iure diuino.l.ait pretor.nu.1.⁊.2.de glan de legenda.fo.30.
Glandis nomine omnis fructus continetur .l. ait pretor. nu.2. de glan.leg. fo.30.
**Grege** Petitio ⁊ sntia contra actorem lata obstat exceptio si iterum res petat:siue aucta siue minuta fit.l.dubius.Ꝑ.si petiero.nu.1.de excep.rei iudi.fo.37.
**Habere** verbū refert solū ad illum qui vtitur ⁊ fruitur iure possessionis.l.pretor: ait. Ꝑ.hoc interdicto.nu.2.ne quid in lo.pub.fo.8.
Habere verbum comprehendit oīa que quis habet iure dñi vel quasi aut possessionis aut detentionis.l.pretor. Ꝑ.qō autem.nu.1.de vi ⁊ vi arma.fo.13.
Hasta quid sit.Lancea quid.nu.2.l.idem est.Ꝑ.armis.de vi ⁊ vi arma.fo.14.
**Hec** lex in quo differat a lege.Colonus.ℨ.eo.l.cum fundum.nu.1.de vi ⁊ vi ar.fo.16.
Hereditas loco domini habetur.l.is qui in puteum.Ꝑ. quesitū. nu.1.ꝙ vi aut clam.fo.27.
Heredes si sunt plures vnius vasalli,⁊ vnus habet feudum in totum ille solus tenetur ad feudum.l.si plures.nu.2.de vi et vi arma.fo.15.
Heres iussus tradere legitimā filio si nō tradit priuat toto iure suo.l.hoc interdictum.Ꝑ.si quis.nu.4.quo.leg.fo.3.
Heres debitoris si rem pignori datā ab eo redemit ab emptore,potest se tueri contra creditorem agentem hypothecaria exceptione longe possessionis.l.ex facto.nu.1.dediuer.⁊ tēp. prescrip.fo.39.
Heredi neganti satisdatione prestare denegatur interdictū quorum legatorum pro illa re solū ꝓ qua satisdare recusat.l.diuersum.Ꝑ.qō ait.nu.1.quo.leg.fo.4.
**Hospes** non dicitur habitare precario:licet pro habitatione nihil soluat.l. si seruus.Ꝑ. hospites. nu.1.de precario.fo.30.
In libello criminali non requiritur conclusio.l. agere.nu.3.de excep.fo.32.
In interdicto vti possi.summa condemnationis ad estimationem ipsius rei refertur.l.si duo.Ꝑ.in hoc interdicto.nu.1.vti possi.fo.18.
In dubio non est recedēdum a verbis.l.ait pretor.Ꝑ.qui superficien.nu.2.de superficiebus.fo.19.
In muris ⁊ portis:vbis aut locis sacris fieri nihil potest quod damnum irroget.l.in muris.nu.1. ne quid in loco sacro fiat folio.6.
In citatione ponendus est dies ⁊ hora ad quam ⁊ in qua citatus debet comparere,⁊ ad quid comparere debet,alias citatio tanq̄ obscura ⁊ perfunctoria non arctat citatum.l.aut q aliter.nu.4.qō vi aut clam.fo.25.
In nunciatione noui operis que fit per lapillum,verbum aliqō exprimi necesse non est.l.vim facit.Ꝑ.prohibitus. nu.1. qō vi aut clam.fo.28.
In possessorio retinende ⁊ adipiscende possessionis obstat agēti regula dolo facis rem.l.dolo facit.nu.2.de doli mali ⁊ me. excep.fo.43.
In petitiōe hereditatis post litem cōtestatā admittit possessor ⁊ petitor ante lit.contest.non.l.si post.nu.1.de excep. fo.33.
In cloacam publicā immittēs vel immitti faciēs quo vsus ēi deterior factus est:immissum illud restituere tenetur ⁊ in statū pristinū reponere,l.pretor ait.Ꝑ.deinde.n.1.de cloacis.f. 24.
Infans pecuniam mutuo accipiens non obligatur contractu, nec quidem naturaliter.l.pupillus.nu.1.de actionibus ⁊ obliga.fo.32.
**Ignoranti** licet non currat annus ⁊ tps ad eius incommodum:currit tamen bene ad eius vtilitatem.l.semper.Ꝑ.hoc interdictum. nu.1.qō vi aut clam.fo.27.
**Imagines** ⁊ statuas ad ornatū reipublice ptinentes quilibet in publico ponere pōt.l.

Universidad de Deusto
Biblioteca



concedi. nu.1.de loc.pub.fru.fo.9.
Imago virginis filiq; ei⁹ in pariete sacro depingi pōt.l.ait p⁹ tor.nu.1.ne quid in loco sacro fiat.fo.6.
Imperator sicut pōt cedere potestatem in publico edificādi: ita etiā particulā maris cōcedere alicui in qua ipse solus nauigare & piscari possit.l.quisquā.nu.1.de diuer.& tempo.prescrip.fo.39.
Imperator si cessit alicui q̄ in aliquo pōte possit colligere pedagiū si flumen mutauit cursum pedagium nō debet.l.hoc iure.§.si aquam.nu.2.de aqua quoti.& esti.fo.23.
Imperator iura imperij donare nō pōt.l.pretor ait.§.hoc interdictum.nu.2.ne quid in lo.vel iti.pub.fiat.fo.6.
Immissus i possessionē ex primo decreto qui nō possidet & absens:retinet detentionē si sub sua custodia est:nō aliter.l.cuiq; fundum.nu.3.de vi & vi ar.fo.16.
Impetrans aquaticū a principe p molendinis certi fluminis vel etiam pedagium pontis alicuius fluminis:alueo mutato ita repente:non est restituendus per cesarem.l.hoc iure.§.aquam.nu.5.de aqua quoti.& esti.fo.23.
Imposita per patronum liberto onerāde libertatis causa:petinon possunt siue statim siue ex interuallo imposita sint.l. iusiurandum.§.que onerande.nu.1. quarum rerum actio non datur.fo.45.

**Innocens** condemnatus satisfacere tenetur.l.si opus.nu.1.qō vi aut clam.fo.28.
Inquilinus finito tempore locationis habitans contra voluntatem locatoris an solum iniuriarum teneatur.l.si duo.§. cū inquilinus.nu.1.vti possi.fo.18.
Instrumentum occultans an teneatur pena falsi.l. locum.§. si quis dolo.nu.1.de tab.exhi.fo.5.
Interdictum quomodo ab edicto cognoscatur. de interdictis. in rub.nu.2.fo.2.
Interdictum quorum bonorum proponitur contra eum qui iusto errore ductus vsucepit.l.ait pretor.nu.3.quorum bonorum fo.2.
Interdicto quorum bonorum non tenentur debitores hereditarij,sed tantum corporum possessores.l.interdicto.n.1.quorum bonorum.fo.2.
Interdictum recuperande potest ex vno facto esse in persona defuncti & ex eodem commisso in personam heredis competit interdictum adipiscende.l.interdictum.§. hoc aūt. nu.2. de interdictis.fo.2.
Interdictum vti possidetis est retinende possessionis:q; possessorem tuetur.l.ait pretor.§.est igitur, nume.1.vti possidetis. folio.17.
Interdicto restitutorio tenetur & qui facit & qui factum habet. l.pretor ait.§.hoc interdicto. nu.1. ne quid in loco publico. folio.8.
Interdictum nullum infamat de iure.l.neq; nu.1.de vi & vi armata.fo.15.
Interdictum:ne qd in loco pub.non finitur anno.l. pretor ait. §.interdictum hoc.nu.1.ne quid in lo.pub.fo.8.
Interdictū de iti.actuq; pri.non competit successori rogantis fundum precario,sicut nec ipsi roganti competebat.l.ait pretor.§.si tibi fundum.nu.3.de iti.actuq; priua.fo.21.
Interdicta sunt annalia.l.qō & lex.§.hoc interdictum.ij.nu.1.de libe.ho.exhi.fo.31.
Interdictum vti possidetis non competit pro cloacis. Et que sit ratio.l.ait pretor.§.de cloacis.nu.1.vti pos.fo.17.
Interdictum de itinere actuq; pri.vt concedatur vel denegetur dño qui fundum concessit precario: semper inspicitur opinio ipsius domini.l.ait pretor.§.si tibi fundum.nu.2.de itinere actuq; pri.fo.21.
Interdictum vti possidetis & inter fructuarios est reddendum: & si alter vsumfru.alter possessionem sibi defendat.l.in summa.nu.1.vti possi.fo.19.
Interdictum quorum legatorum non competit contra donatarium causa mortis,sed cōtra legatarium sic pro ea parte quā tenet iure prelegati.l.hoc interdictum.§.si quis.nu.1. quorū legatorum.fo.3.
Interdictum de tabulis exhi.non conceditur testatori petenti sibi exhiberi tabulas testamenti,sed ei subuenitur per actionem ad exhibendum.l.locum.§.si ipse testator.nu.1.de tabu. exhiben.fo.5.
Interdictum ex maleficio gesto queritur ratum habenti.l. pretor.§.quoties.nu.3.de vi ar.fo.12.
Interdictum vnde vi agi non potest nisi contra spoliatorem.de interdi.in rub.§.interdic.nu.1.fo.2.
Interdictū vti possidetis tuetur solū possessorem rei:actio aūt ad rem possessori non datur.l.ait pretor.§.interdictum. n.1. vti possi.fo.17.
Interdictum de corriualibus qō dicatur.l.ait pretor.§. si inter nu.1.de aqua quo.& estiua.fo.22.
Interdictum de loco sacro restitutorium & prohibitorium est fauore religionis.l.pretor ait.§.locorum.nu.1.ne quid in loco publico.fo.7.
Interdictū ne qd in lo.pub.ad loca que non sunt in loco publico,sed in fisci patrimonio:nō extenditur,sed ad ea solū loca que vsui publico destinata sunt.l.pretor ait.§.hoc interdictū §.nu.1.ne quid in loco vel iti.pub.fiat.fo.6.
Interdicta licet sint annalia ea tamen que sunt rei persecutoria saltem ex parte actoris sunt perpetua.l.locum.§.interdictū. nu.1.de tab.exhi.fo.5.
Interdictū ne vis fiat ei &c.pōt proponere mulier iussa intrare possessionem noīe ventris & etiam actionem in factū.l. si qs iussus.§.cum pretor.nu.1.ne vis fiat ei.fo.5.
Interdici potest qui vult reficere qō in loco publico illicite positum est.l.pretor ait.§. si quis qō.nu.1.ne quid in loco vel iti. pub.fiat.fo.6.
Interdicto vtili tenet q tenet velum immissus in suo qō in publicū protenditur:vicinisq; luminibus officit.l. pretor ait.§. cum quidam.nu.1.ne quid in loco vel iti.pub.fiat. fo.6.
Interdicere cuilibet licitum est contra viam publicam claudentem.l.quilibet.nu.2.de locis & iti.pub.fo.6.
Interdictum,ne quid in loco publico qū prohibitorium, & qū restitutorium. Et quando fiat.l.pretor ait.§.hoc interdictū. i.nu.1.ne quid in loco vel iti.pub.fo.6.
Interdictum restitutorium qū locum habeat.l.pretor ait. nu.2. ne quid in loco vel iti.pub.fiat.fo.6.
Interdicta cia que sunt pretoria quatenus sunt rei persecutoria sunt perpetua:quatenus personalia,sunt annalia.l.pretor ait. §.de cloacis.nu.3.vti pos.fo.17.
Interdictum ne vis fiat ei &c.potest dici mixtum vt sit qñq; adipiscendi:qñq; recuperandi:& quādoq; retinēde.super rub. ne vis fiat ei.nu.1.fo.4.
Interesse probatur per iuramentum in litem.l.semper.§.in hoc interdicto.nu.1.qō vi aut clam.fo.27.
Interitu speciei debite ante moram debitor liberatur.l. is qui ex.nu.1.de ac.& obli.fo.52.
Interrogationes non fiunt nisi ex equitate iudicem mouente, per quam interrogatus respondere cogitur.l.si a te.nu.2.de excep.rei iudi.fo.35.
Interrogatus respondere potest,dubito.l.qō & lex.§.is qui nescit nu.2.de lib.ho.exhi.fo.30.
Intervenire qui dicatur.l.colonus.nume.2. de vi & vi armata. folio.15.
Interuertere an dicat colonus possessionē per solutionis pensionis recusationem.l.colonus.nu.3.de vi & vi ar.fo.15.
Interuertere aqueductum quis dicatur.l.qui per fundum. nu. 1.de aqua quoti.& esti.fo.24.
Inuecta & illata in domo conducta sunt pignori obligata tacite pro mercede,licet nō sint debitoris.l.pretor ait.§.illud notandum.nu.1.de migrando.fo.31.
Inuasor violentus plus est debitor q̄ merus fraudator.l.merito.nu.2.de vi & vi arma.fo.16.

**Judex** faciēs litem suam per imperitiam ex quasi maleficio obligatur.l.ex maleficijs.§.si iudex.nu.1. de actio.& oblig.fo.47.
Is cui venditur hereditas loco vniuersalis successoris habetur. l.apud celsum.§.si cum legitima.nu.1. de doli mali & metus excep.fo.42.
Judex & arbiter debent condemnare reum in eo qō reuera debetur:non aūt in maiori summa licet maior summa in stipulatiōe penali deducta fuerit.l.apud celsum.§.item queritur. nu.1.de doli mali & met.excep.fo.41.
Judicare tanq; iudex nemo potest in propria causa.l. si opus. §.si ad ianuam.nu.2.qō vi aut clam.fo.28.
Judicem dolo motum qualiter probari possit .l. ex maleficijs. §.si iudex.nu.4.de ac.& oblig.fo.47.
Judici si quid constat ex actis dicitur esse notorium.l.exceptio. §.replicationis.nu.3.de excep.fo.32.
Judicium reale & diuisorium pro eodem non cumulant.l. fundi.nu.1.de excep.fo.33.
Judicium reale est preparatorium diuisorij siue agatur familie herciscunde siue communi diuidundo.l. fundi. nu. 2. de excep.fo.33.
Judicia duo si sic se habent q̄ absolutoria lata in primo parit exceptionem rei iudicate in secō:& condemnatoria lata in secundo parit reo preiudicium in primo concursus non admittitur.l.fundum.nu.1.de excep.fo.33.





Judicium seō vbicūq; venit ad rescissionem eius qō est determinatum in primo obstat exceptio rei iudicate.l. cum queritur.nu.1.de excep.rei iudi.fo.36.
Jure naturali oēs homines liberi & legitimi nascebantur.l.naturales.nu.2.de ac.& obli.fo.48.
Judex reficere expensas in diffinitiua sua:dicit condemnatus per diffinitiuam.l.qui agnitis.nu.2.de excep.fo.33.
Jurisdictione vel imperio nō vtens eo q̄ fuit expulsus de ciuitate per tyrānū vel aliud brachiū seculare potēs,perdit illud imperium non vtendo sicut si sponte non vteretur.l.ait pretor.§.preterea.nu.1.de aqua quo.& estiua.fo.22.
Jurisdictiōe vsus vsq; ad certū locū:vsq; ad illū prescribit & nō vltra.l.ait pretor.§.iulianus.nu.1.de iti actuq; priua.fo.20.
Jurisdictionē hūsa statuto:nō pōt amplior ē habere q̄s statutū cōcedit.l.iusiurādū.§.q̄.oneārde.n.5.qua.re.ac.nō dat.f.45.
Jus ducendi aquas sicut imperator cōcedere potest:ita & senatus.l.quo minus.nu.3.de flumi.fo.10.
Jus ducendi aquam si concessum est persone:finitur cū psona: renouatio tñ successori non est;deneganda.l.ait pretor.§.hoc interdictum.nu.1.de aqua quo.& esti.fo.23.
Jus dicere sibijpsi nemo debet.l.hoc interdictum.n.1.& 2. quo. le.fo.2.& 3.
Jus superueniēs in persona autoris confirmat ius in persona acceptoris.l.apud celsum.§.si a titio.nu.1.de doli mali & metus excep.fo.42.
Jusiurandum obtinet vim sententie.l.iusiurandum.nu.1. quarum rerum actio non datur.fo.44.
Jusiurandum etiam per tertium in decisione litis prestādum, duorum litigantium parat exceptionem.l.iusiurandum.§.si petitor.nu.1.quarum rerum ac.non da.fo.44.

**Legatarius** si autoritate ppria possessionem intrādo iceperit ex voluntate heredis possidere cessat interdictū quorum legatorū siue ab initio. siue si post eam apprehēsam heres ratū habuerit etiam si heredē ex postfacto penituerit. l.hoc interdictum.§.prodest aūt.nu.1.quo.leg.fo.3.
Legatum semper dicitur deberi ex causa lucrativa.l.si is q.nu. 2.de actio.& oblig.fo.48.
Legatum acquiritur ignoranti & surdo.l.si a furioso.nu.2.de actio.& oblig.fo.49.
Legata vel fideicōmissa particularia aut etiā vniuersalia sub cō dītione relicta nūq; transmittunt ad heredē decedētis condītione pendē.l.is cui sub.nu.2.de actio.& oblig.fo.5.
Legatus de latere sine spāli mādato terras ecclesie cōcedere nō pōt.l.phibere.§.sed si permiserit.nu.1.qō vi aut clam.fol.25.
Legatarius nō restituens legatū occupatum propria aut orita te condemnatur heredi & bonor possessori in eo qō eorū interest.l.diuersum.§.ex hoc.nu.1.quorum.fo.4.
Legatarij pōt immitti in tenutā bonor heredis si heres post lapsum sex mensiū nō cauit de legato pstādo die aduenīente vel ꝙditiōe.l.si qs missus.§.cōstitutū.n.1.ne vis fiat.ei.fo.4.
Lex quare negotia pupillorū & adulterū diligētius tractet.l.prohibere.§.sed si permiserit.nu.4.qō vi aut clam fo.25.
Lex in dubio loqui intelligitur de materia ī qua situata est.Et si de alia loqueretur,non propterea de libro aut titulo abolēda erit.l.vim facit.nu.2.de vi & vi ar.fo.15.
Lex nouanouā obligationē inducit:antiqua tñ nō tollit nisi expresse caueat illa noua lege.l.quoties.nu.1.de ac.& ob. fo.51.

**Libelli** oblatio facta principi in annali & pretoria idē operatur qō litis contestatio.l. cōstitutiōibus. nu.4.de ac.& oblig.fo.49.
Liberi estimationem non recipiunt.l.pretor.§.rectissime. nu.2. de vi & vi ar.fo.13.
Libertus si cā onerande libertatis patrono suo debitorē delegauit nō pōt delegatus illa se exceptione tueri qua delegās:sed solum patrono per libertum repeti poterit.l.iusiurandu3.§. item si libertus.nu.1.qua.re.ac.non datur.fo.45.
Libertus duobus patronis cōis si cōmittit ingratitudinē aduersus alterū eorum,an ille alter possit in seruitute reuocare altero dissentiēte.l.hoc iterdictū.§.si alter.nu.2.quo.leg.fo.3.
Litigiosa res vendi pōt per non litigantē alteri non litiganti.l. litigiosam.§.si inter primum.nu.1.de litigios.fo.43.
Litigiosa vt fiat res inspicit scientia aut ignorātia eius q emerit res eius cui acquiritur.l.si seruus.nu.1.de litig.fo.46.
Litigiosam rem in factum deducēs pena dupli punitur.l. rem de qua.nu.1.de litig.fo.46.
Lite contestata oēs actiones ex quibuscūq; causis descendentes transeunt in heredem.l.sciendum.nu.1.de actio.& oblig. folio.52.
Litis contestatio facta contra defunctū facit actionē contra heredem esse transitoriam.l.omnes penales.nu.1.de act.& obli. folio.49.
Littus maris in quo populus romanus habet imperiū,romani populi est.l.littora.nu.1.ne quid in lo.pub.fo.8.

**Locanti** si concedat vsufructus,acquiritur ius in re & cōpetit ei vtilis in rem actio.l.ait pretor.§.q autem.i.nu.2.de superficiebus.fo.19.
Locator possidet ciuiliter & naturaliter,qñ ad modicum tps locauit.l.pretor.§.dicitur.nu.2.de vi & vi ar.fo.12.
Loco publico vti nullus aliū phibere potest.l.pretor ait.§.hoc interdictū.i.nu.4.ne quid in lo.vel iti.pu.fo.6.
Locupletari cum aliena iactura bonefidei non competit.l.pretor. §.interdictum.nu.1.de vi & vi ar.fo.23.
Locus destinate solutionis fingitur esse locus contractus.l. cō traxisse.nu.1.de act.& oblig.fo.48.
Loquendi in plurali nomam:quis primus interuenerit .l. ait pretor.nu.2.de superficiebus.fo.19.

**Ludo** reprobato amissa repeti pōt.l.si filiofa.§. si in alea.nu.1.qua.re ac.non da.fo.45.
Ludus reprobatus quis dicatur.ibidem.nu.2.

**Magistratus** ex cōtractu magistratuū cō ueniri possunt etiam finito officio potest & ipsa reipublica cōueniri.l.qui seruū. §.in duum viros.nu.1.de actio.& oblig.fo.50.
Mala fides autoris singularis nocet successori ad impediēdā vsucapionem.l.ait pretor.nu.5.quo.bono.fo.2.
Mala fides autoris nocet successori singulari ad impediendum vsucapionem longi temporis.l.apud celsum.§. de autoris. nu.3.de doli mali & me.excep.fo.42.
Maleficium commissum in porta ciuitatis,non dicitur cōmissum in ciuitate.l.ait pretor.§.in pub.nu.3.de flumi.fo.10.
Malefidei possessor tenetur interitu rei,cuius eodem modo;pe ritura fuisset penes actores.l.pretor.§.rectissime. nu.3. de vi & vi ar.fo.13.
Mancipium glebe scriptum non transfertur in alium per fraudem sine fraude secus.l.longe possessionis.nu.2.de diuer. et temp.prescrip.fo.38.
Mandatum rei illicite suscipi non debet.l.cum fundum. nu.2. de vi & vi ar.fo.16.
Mandato illicito obediens non excusatur.l.pretor.§. quoties. nu.2.de vi & vi ar.fo.12.
Maritus si nō subīt onera matrimonij non potest petere vsuras dotis sibi per errorem permissas.l.pater pro.nu.1.de doli mali & me.excep.fo.44.
Matrimonij bene concordans ppter iniurie patrie ptātis turbari non dz.l.ait pretor.§.si filiam.nu.1.de lib.exhi.fo.31.

**Medicus** imperitus ex delicto obligat iudex imperitus ex quasi delicto.l.ex maleficijs. nu.1.de ac.& ob.fo.46.
Merces illicitas deferentes eas perdere debent.l.ait pretor.§. item queritur.nu.2.de aqua quo.& esti.fo.22.
Meretrix de questa meretricali licite facere potest eleemosynā & testamentū de tali questu factum valet.& executioni mādari debet.l.scia cum.nu.5.de acti.obli.fo.33.

**Minor** ante restitutionem impetratam & obtentam non pōt obijcere de lesione.l. exceptiones.§. nu.2.de excep.fo.2.
Minor & ecclesia restitutionis beneficio iuuantur.l.si mater.§. hoc iure.nu.2.de excep.rei iud.fo.36.
Missio sola executoria an faciat actionē perpetuam vel saltem transitoriā ad heredes.l.ostēsionibus.nu.3.de ac.& obli.fo.49.
Missus ex primo decreto nō possidet sed tm custodit.l.hoc interdictum.§.quesitum.nu.1.quo.leg.fo.3.
Missio in possessionem cā rei seruāde nō cōpetit hoc interdictū cū non possideat.l.si duo.§.creditores.nu.1.vti possi.fol.18.

**Modus** concludēdi in libello sup hoc interdicto.l. ait pretor.§.est igitur.nu.2.vti pos.fo.17.
Monasterium ingrediens hoc pactovt liceat bona sibi retinere:an ingressus vel bonorum retentio vitietur.l. cum precaria.nu.2.de precario.fo.32.
Monumentum construere in via publica non licet.l. qualibet. nu.1.de locis & iti.pub.fo.6.
Mora purgari potest etiā post litem si offert omne & totum q̄ debet tam principaliter q̄ etiam ex causa interesse.l.fideiussor.nu.1.de doli mali & met.exce.fo.44.
Mora donec purgari pōt non fit nouatio per cōmissionem stipulatoris penalis,sed quasi nouatio.l.obligationū fere.§. si ita stipulatus.nu.1.de actio.& obli.fo.51.

**Mulier** nupta non liberat a patria ptāte.l.ait pretor. §.si quis filiam.nu.2.de lib.exhib.fo.31.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Aduliter si libidinis causa promittit:ex promissione nō agitur. l.si ja cum.nu.4.de ac.ꝛ oblig.fo.13.

Aduter vel minor vbi ad accusandū criminaliter admittuntur multo fortius admittūtur ad idē delictū exequēdū ciuiliter. l.qō ꝛ lex.§.hoc interdictū.i.nu.1.de lib.ho.exhi.fo.30.

Aduri ꝛ porte inhabitari sine principis permissu non possunt. l.in muris.nu.2.ne quid in lo.sa.fiat.fo.6.

**Nauis** caupone:aut stabuli exercitor teneturde dāno dato in naui caupōa: vel stabulo. l.ex maleficijs.§.itē exercitor.n.1.de ac.ꝛ ob.f.47.

Nauigare nō pōt qs in flumine priuato inuito dño: nec ēt piscari.l.ptor.§.si priuata.nu.1.vt in flumi.publi.fo.11.

Nauigare licite potest vnusquisq; in stagno aut fossa publica.l. pretor.nu.1.vt in flumi.pub.fo.11.

Nauigiū dr ipsa nauis ꝛ iter ipsius. Et appellatione nauigij cōtinent etiā rates.l.ait pretor.§.ait ptor.nu.1.de flumi.fo.10.

Naturalē possessionē clandestine acquisiuit,qui absente possessore clam intrauit:ꝛ si possessor non reuertendo ad fundū suspicatus est se posse repelli:incontinenti perdidit ciuilem.l. pretor.§.siue autem.nu.2.de vi ꝛ vi ar.fo.15.

**Negans** maleficiū pōt redire ad illā exceptionē q̄ fecit ad sui defensionē.l.nemo.n.2.de exce.f.33.

Negatoria sicut ꝓponitur affirmatiuis verbis,sic ꝛ confessoria ꝓponi pōt ꝟbis negatiuis.l.egi tecū.n.2.de exce.rei iu.f.37.

Negligentia dissoluta prope dolum,negligētia magna est.l.obligationes.§.is quoq; apud.nu.1.de ac.ꝛ ob.fo.46.

**Nobilis** si vsus est imperio per tres tēpus cuius initij memoria nō existit,ꝛ allegat se exercuisse autoritate cesarea licet priuilegium nō ostendat tñ sufficit.l. hoc iure.§.ductus aque.nu.2.de aqua quo.ꝛ esti.fo.23.

Non possidens possidenti precariū cōcedere pōt.l. vnusquisq;. nu.1.de preca. fo.30.

Non possidens possidenti in ꝓfessoria ꝛ negatoria cauere tenet ꝑ iurisdebiti q̄litate.l.si devia.nu.1.de aqua quo.ꝛ esti.f.23.

Non citatus non requisitus vel denuntiatus ꝓpter operā quā dedit ne denuntiato eum apprehenderet,habetur ꝓ citato ꝛ denūciato.l.ptor ait.§.sed ꝛ si quis.nu.1.q̄ vi aut clā.f.25.

Non minor est virtus querere q̄ parta tueri.l. ait pretor.§. hoc interdictum.nu.1.ne vis fiat ei.fo.4.

**Nulla** exceptio opponi potest contra probantem detentum esse in agentis potestate.l.ait ptor.§.hoc interdictum.nu.1.de lib.ho.exhi.fo.31.

Nuntiatio non admittitur in opere purgatiuo riuorum .l. pretor ait.§.quid sit.nu.2.qō vi aut clam.fo.25.

Nuntians alieno nomine sperni pōt nisi mandatum ostendat. l.pretor ait.§.si quis purganti.nu.1.de cloacis.fo.24.

Nuntiatio vel protestatio fieri potest nō solū p possessorem:sed per personam liberam eius nomine.l.prohibere.nu.1. quod vi aut clam.fo.25.

**Obligatio** quid,l.nihil.nu.2.de act.ꝛ obli, folio.52.

Obligatio que consensu contrahitur.dicat.l.cōsensu.nu. 1.de actio.ꝛ obli.fo.46.

Obligatio naturalis duobus modis cognoscitur.vide quibus. l.naturales.nu.1.de ac.ꝛ obli.fo.48.

Obligatio nisi initiū sumat ex persona nostra,inanis est.l.quecunq;.nu.1.de actio.ꝛ oblig.fo.48.

Obligatio vbi re contrahit,furiosus ꝛ pupillus obligari pōt.l. furiosus.nu.1.de actio.ꝛ oblig.fo.52.

Obligamur non literarum figura,sed oratione quā litere exprimunt.l.non figura.nu.1.de act.ꝛ oblig.fo.51.

Obligatio ex literis nascitur.l.non figura.nu.2.de actio.ꝛ obli, folio.51.

Obligationes reprobate nulla potestate confirmantur .l. obligationes.nu.1.de ac.ꝛ oblig.fo.49.

Obligans se ꝓ non obligato expromissor dicitur.l. obligationes.§.verbis.nu.1.de ac.ꝛ oblig.fo.46.

Obligationes que introducte sint solum iure ciuili.l.actionum. §.omnes autem.nu.1.de act.ꝛ oblig.fo.49.

Obligationis species quinq;:vide ibi.l. obligationes.nu.2. de act.ꝛ oblig.fo.46.

Obligatio nativa que dicatur.ibidem.

Obligatio mater est actionis.l.ex maleficijs.§. si quis.nu.2.de actio.ꝛ oblig.fo.47.

Obligationum essentia in quo cōsistat .l.obligationum.n.1. de acti.ꝛ oblig.fo.46.

Obligatus ad diem:ante diem soluere potest.l.qō quis.nu.1.de acti.ꝛ oblig.fo.52.

**Officium** iudicis non est actio.l.nihil.nu.4.de act. ꝛ oblig.fo.52.

**Occupata** per legatarios cōtra voluntatē heredis redigunt in corpore patrimonij heredi tarij sed conuenti possunt heredes a legatarijs post reductionē.l.hoc interdictū.§.redigunt.nu.1.quo.legato.fo.3.

**Opinio** vehemens non proprie scientia dr.l.si duo.§. non videor.nu.2.vti pos.fo.18.

Opus vt non dicatur clam factum in publico,sufficit vt procuratori rei publice nuncietur.l.aut qui aliter.§.idem ait.nu.1. qō vi aut clam.fo.26.

Opus si vnus incepit ꝛ alius perficit ambo tenentur ad destructionem.l.si opus.nu.3.qō vi aut clam.fo.28.

**Pactum** vt non liceat precariū reuocare nisi post tempus,non valet.l, cū precario.nu.1.de precario.fo.29.

Pater tenetur dotare filiam,etiā postq̄ nuptui data est.l.obligamur.nu.1.de ac.ꝛ obli.fo.52.

Patri intētanti interdictū cōtra matrē obstat exceptio si patris negtia detegit.l.ait pretor.§.etiā si.nu.1.de lib.ho.exhi.fo.31.

Patri per filium queri potest exceptio iurisiurandi.l.si filiofa. nu.1.qua.re.ac.non da.fo.43.

Pars subiectiua est que se habet per modum commoditatis ad totum.vt iter ad sub actu.l.si mater.§.si quis iter.nu.2.de excep.rei iudi.fo.36.

Pars integralis ea dr que ad cōpositionē totā necessaria est.l. si mater.§.si quis iter.nu.1.de excep.rei iu.fo.36.

Participiū preteriti tpis iunctum cum verbo presenti, significat non solum presens sed ꝛ preteritum.l.is qui in puteum. §.qō ait.nu.1.qō vi aut clam.fo.26.

**Pecunia** quā debitor soluere ꝓposuerat si deperdita est opa creditoris:creditor petens doli exceptiō repellit.l.si opera.n.1.de doli mali ꝛ me.exce.f.43.

Petitionē hereditatis proponens simpliciter non expressa cā a principio,licet postea eam exprimat in pcessu,ex quacunq; causa agat:exceptionerei iudicate repellitur.l.ex sextāte.nu. 1.de excep.rei indi.fo.38.

Petitio originis facit causam secundam esse eandem cum prima,sicut identitas personarum.l.si mater.§.eandem.nu.1.de excep.rei iudi.fo.35.

Pena fraudantibus pedagium.an fisco an emptoribus pedagij debeatur.l.rem de qua.nu.3.de litigio.fis.fo.46.

Pendente litede re empta non potest cogi emptor ad pretium soluendum.l.pater ꝓ.§.ex quadrante.nu.1.de doli mali et metus excep.fo.44.

Pensio quo tempore soluenda sit.l.ptor ait.§.si pensio.nu.2. de migrando.fo.31.

Pensio ꝛ non possit peti anteqū dies cessit ꝛ venerit:tñ inuecta ꝛ illata que sunt pignori obligata possūt retineri p locatore: si absq; cā inquilinus ante tps conditionis finite migrare vult.l.ptor ait.§.si pensio.nu.1.de migrando.fo.31.

Perpetuum fuisse dicitur qō centū annis durauit.l.ptor ait. §.hoc interdictum.iiij.nu.6.ne quid in loco pub.fo.8.

Persecutio pene contra heredem procedit sicut contra defunctum contra quem lis contestata.l.constitutionibus.nu.1.de actio.ꝛ oblig.fo.49.

Persona procuratoris ꝛ domini post litem cōtestatam censentur vna,sed non ante.l.si procurator.§.nu.7.de doli mali et metus excep.fo.44.

Petens rem simpliciter intelligitur petere totam.l.si quis cum totum.nu.3.de excep.rei iudi.fo.34.

Petens viam ꝛ succumbens:si petit iter admittitur,ꝛ non obstat exceptio.l.si quis cum totum.nu.2.de exceptiōe rei iudicate.fo.34.

Petens id qō restituturus est in dolo presumit.l.dolo facit.nu. 1.de doli mali ꝛ met.excep.fo.43.

Petens rem in obligatione dednctam ꝛ penam si non tradat: doli exceptione repellitur.l.apud celsum.§.labeo.nu.1.de doli mali ꝛ met.excep.fo.41.

**Pignus** eius qui nō patit in suā possessionē intrare autoritate pretoria vel alia pōt capi ꝛ mulctari ꝛ eius possessio cū nunciās pretoris ꝛ officialibus intrari.l.si quis missus.nu.1.ne vis fiat ei.fo.4.

**Plura** copulatiue vbi sunt necessaria si vnum deficit deficit dispō.l.inde etiam.§.hoc aūt.nu.1.de itine. actuq; prima.fo.21.

Plures actiones si ex vno delicto nascuntur.non licet oībus vti sed vna sltr ꝛ alia:quatenus in ea plus est.l.plura delicta.nu. 1.de actio.ꝛ oblig.fo.52.

Plures actiones si oriuntur ex eodē facto,vna intentata ꝛ exactione facta ex alia nihilominus ea agi potest.l.quoties.§.si ex eodem.nu.1.de actio.ꝛ oblig.fo.51.

Plures si sunt ex maleficio obligati vnius solutio non liberat alium.l.ex maleficijs.§.is quoq;.nu.2.de ac.ꝛ obli.fo.47.

Plures an possint iura incorporalia quasi possidere insolidū. l.in summa.nu.3.vti pos.fo.19.

Plures insolidum possidere possunt vnū ꝛ idem corpus diuersis respectibus.l.ait pretor.nu.1.de superfi.fo.19.

Plures rationes potest copulatiue:permissorie vel prohibitorie:oēs probande sunt.l.inde etiam.§.hoc autem.nu.3.de iti. actuq; prima.fo.21.

